

*Quomodo dignoscuntur Adiectiva?*

*Unius terminationis sunt Adiectiva tertiæ Declinationis, quæ aliter quàm I S & E finiunt: ut felix, pauper, vetus.*

*Notatis abundantibus: acer, alacer, celebrer &c.*

*Duarum terminationum sunt Adiectiva tertiæ Declinationis, quæ desinunt in I S & E: ut, fortis, forte.*

*Sed quedam ex his sunt Abundantia, quæ Masculinum Genus etiam in E R habent: ut, Acris acre, & Masculino etiam acer.*

*Sic alacer, celebrer, celer, saluber, volucer, campester, equester, pedester. Etsi in Masculino quidem Acris, celebrer & saluber vix aut rarò leguntur.*

*Trium terminationum sunt Adiectiva Secundæ & primæ Declinationis, desinuntq; in E R, A, UM: vel U S, A, UM: ut, Niger, nigra, nigrum: Doctus, a, um.*

*Quibus adde Satur satura saturum.*

*Quotuplex est Adiectivum?*

*Duplex: Comparabile & Incomparabile.*

*Quid est Adiectivum Comparabile?*

*Quod variari potest per Gradus Comparationis: ut, Doctus doctior doctissimus.*

*Comparatio est Variatio Adiectivi per Gradus.*

*Quid*